



## Over dit boek

Dit is een digitale kopie van een boek dat al generaties lang op bibliotheekplanken heeft gestaan, maar nu zorgvuldig is gescand door Google. Dat doen we omdat we alle boeken ter wereld online beschikbaar willen maken.

Dit boek is zo oud dat het auteursrecht erop is verlopen, zodat het boek nu deel uitmaakt van het publieke domein. Een boek dat tot het publieke domein behoort, is een boek dat nooit onder het auteursrecht is gevallen, of waarvan de wettelijke auteursrechttermijn is verlopen. Het kan per land verschillen of een boek tot het publieke domein behoort. Boeken in het publieke domein zijn een stem uit het verleden. Ze vormen een bron van geschiedenis, cultuur en kennis die anders moeilijk te verkrijgen zou zijn.

Aantekeningen, opmerkingen en andere kanttekeningen die in het origineel stonden, worden weergegeven in dit bestand, als herinnering aan de lange reis die het boek heeft gemaakt van uitgever naar bibliotheek, en uiteindelijk naar u.

## Richtlijnen voor gebruik

Google werkt samen met bibliotheken om materiaal uit het publieke domein te digitaliseren, zodat het voor iedereen beschikbaar wordt. Boeken uit het publieke domein behoren toe aan het publiek; wij bewaren ze alleen. Dit is echter een kostbaar proces. Om deze dienst te kunnen blijven leveren, hebben we maatregelen genomen om misbruik door commerciële partijen te voorkomen, zoals het plaatsen van technische beperkingen op automatisch zoeken.

Verder vragen we u het volgende:

- + *Gebruik de bestanden alleen voor niet-commerciële doeleinden* We hebben Zoeken naar boeken met Google ontworpen voor gebruik door individuen. We vragen u deze bestanden alleen te gebruiken voor persoonlijke en niet-commerciële doeleinden.
- + *Voer geen geautomatiseerde zoekopdrachten uit* Stuur geen geautomatiseerde zoekopdrachten naar het systeem van Google. Als u onderzoek doet naar computervertalingen, optische tekenherkenning of andere wetenschapsgebieden waarbij u toegang nodig heeft tot grote hoeveelheden tekst, kunt u contact met ons opnemen. We raden u aan hiervoor materiaal uit het publieke domein te gebruiken, en kunnen u misschien hiermee van dienst zijn.
- + *Laat de eigendomsverklaring staan* Het “watermerk” van Google dat u onder aan elk bestand ziet, dient om mensen informatie over het project te geven, en ze te helpen extra materiaal te vinden met Zoeken naar boeken met Google. Verwijder dit watermerk niet.
- + *Houd u aan de wet* Wat u ook doet, houd er rekening mee dat u er zelf verantwoordelijk voor bent dat alles wat u doet legaal is. U kunt er niet van uitgaan dat wanneer een werk beschikbaar lijkt te zijn voor het publieke domein in de Verenigde Staten, het ook publiek domein is voor gebruikers in andere landen. Of er nog auteursrecht op een boek rust, verschilt per land. We kunnen u niet vertellen wat u in uw geval met een bepaald boek mag doen. Neem niet zomaar aan dat u een boek overal ter wereld op allerlei manieren kunt gebruiken, wanneer het eenmaal in Zoeken naar boeken met Google staat. De wettelijke aansprakelijkheid voor auteursrechten is behoorlijk streng.

## Informatie over Zoeken naar boeken met Google

Het doel van Google is om alle informatie wereldwijd toegankelijk en bruikbaar te maken. Zoeken naar boeken met Google helpt lezers boeken uit allerlei landen te ontdekken, en helpt auteurs en uitgevers om een nieuw leespubliek te bereiken. U kunt de volledige tekst van dit boek doorzoeken op het web via <http://books.google.com>

LACONIS FLANDRI

PRESBYTERI

# Lingua Teutonica Exexlex.

## CAPVT PRIMVM.

### De Litteris.

**L**itteris utitur haec lingua 25.

A. B. C. D. E. F. G. H. I. J. K. L. M. N. O. P.  
Q. R. S. T. U. V. W. X. Z.

Quas omnes pronuntia ut in latina: Sed  
excipe & observa quae sequuntur.

**A.** Nunquam syllabam finire deberet nisi  
in diphthongum coalescens cum e: ubi  
tamen finit, sonum habet obscurum, ut  
hebraicum *Kamer*. Sic in *sake* (pro *saece-*  
*lis*) aliter soper quam in *sack*.

**C.** Nunquam ponit deberet sine subse-  
quente ita ut h. Intellige in pure teuto-  
nicis;

A

nicis;

**3** ~~CONCILIUM~~ 21  
nicis; quale ideo non existimo verbum  
tieren, cum compotis suis & deri-  
vatis.

**D.** Inter duas vocales Brabantis pronun-  
tiando efficitur; substituta quodammo-  
do littera i: Sic **Vader** effrunt ut  
**Va'jer.**

**E.** Ubi dictionem claudit, Brabantis qui-  
escit non secus ac gallis: **bedde** quasi  
**bedd.**

**F.** Ante t. sepe degenerat in ch: sic fland:  
**vichtien**/ **vichtigh**/ sic nochte/ nich-  
te/ achter; pro **bijtchien** / **bijftigh**/  
**n'ofte** **niffee**/after.

**G.** Nunquam in teutonicis ponitur nisi  
hoc modo cum subsequente h. gh: va-  
let autem gh: sicut apud Italos, id est,  
ut grecum genitio: nisi quod post  
nominib[us] emolliatur, degeneretque in  
hebreicum his: aut in **hanghen** / **sur-**  
**ghem**.

**H.** Vocalis nunquam syllabam finit, sed  
in loco ejus diphtongus ie.

**J.** Consonans vim habet qualcum latine in  
voce **m'j, n'j, r'j, s'j** pro enasco, ja.  
**K.** Semper denitet ut latine in cogitac pas-  
civis.

- 3
- Si in medio dictionis: seu ut hebrei-  
cum sain.
29. Vocalis non terminat syllabam: sed  
ejus loco illa.
30. Sonat ut olim consonans V. videlicet  
Lip. de pronuns.
31. Moltas supponunt per illas: Aughe-  
lijckes / blicksem.
32. Passim ut f.
- 

## CAPUT SECUNDUM.

Dicitur diphthongus & triphthongus.  
**P**recipiunt diphthongorum & triph-  
thongorum sunt haec 20.  
ea. ae. ap. aep. au. e<sup>r</sup>. ep. eu. eeu. ie.  
ieu. i<sup>r</sup>eu. p. oe. oep. oo. oop. ou. ue. up.  
uni.

Fermè addiderant tetraphthongos tenuis  
& rebus: sed inventi non esse potius con-  
sonantem. Forte sic appellari poterant  
haec tres, aep. eep. oep. nam enim tenuis  
Sonant autem haec diphthongi & triphi-  
thongi (u. in dī & r. voluerunt, & tetraph-  
thongi:)

A 2

4. thongi: ut sequitur lib. off. n. m.  
Pla. Holl. ut longum a. paard / ~~tempus~~  
aet. Ut a. qd. scurra / seu thebeck dñe  
m ier / sed. III eccl. ann.

ap. Sono mixto ex auct. p. hanc / ann. ann.  
ms.

act. Sono mixto ex auct. & p. s. lepere / ann. ann.  
seminare.

au. Ut latinè: semper eam: sequitur / ann. ann.  
-braum / mulier.

Ce. Ut longum e: dum nimisrum secun-  
dum t. nonnisi per accidens accedit, &  
non in esse radice: ut leest y. hanc, a. Iese / ann. ann.  
lego. Alias ut ic. gall. & hispan. Sic in  
tece ~~metra~~: quod si gallo duc hispan. si g-  
res tier. III sed ann. ann.

et. Vc. ep. ut lat. si. ep / quum.

eii. Ut latinè, heuse / ann. ann.  
eiu. Sono mixto ex et. & it<sup>o</sup> schaper Fe- III  
quitor bo. eeuso / seculum.

Die. Ut o. locutio qd. syllabam. claudit  
(e. nisi quod. bonihi. audiatur. &.) die-  
cument / scire, quod si par. ann. ann.  
ieu. Sono mixto ex ic. & p. s. lepere ante  
-tempus. ann. ann. sed inesse. inno-  
pi. Ut longum is. sed Brabantia ut ep. o. / ann. ann.  
(: modis) s. A. III

**Q**e. Fermè ut gall. ou. **hoe** / quonodo. ou  
ou, vel oop. Sono mixto ex oo. & i.  
**hooy** / **senum**. **hoo** **TUTAO**

**oyp**, Sono mixto ex oe, & y. morp-e/  
emita.

**oo**. Ut longum b. seu græcum w. Alijs  
ut gall. ei. aut hisp. ne. idcò apud his-  
panos oon, est ney : hucy, bo, similiter  
apud eosdem opp. est ux: my, vallor,

**ou**, Ut gallice & græcè, vel ut hisp. & ital.  
Brabantis tamèn ut au. goudt / aurum.  
**De**. Ut u. latinum ubi syllabam claudit.

**ui**, **ui** / **mari**, **ui** / **domus**, **ui** / **littera** **ui**, in  
Sono mixto ex u, & y. Brabantis fer-  
mè ut aep. hups / domus, pro hac triph-  
thongo quidam utuntur littera ui, in  
prepositione, int / pro, upp : sed tunc  
ista littera est vocalis.

**ui**. Holl. ussi, longum. **Duur** / igni, **ui** / **ui**  
man longu / proximato sonante inuenit



## **CAPUT TERTIUM.**

*De nomine; generibus, numeris, comparatione ex derivatione nominum.*

**T**ria sunt nominum genera: Masculinum, Femininum, Neutrum.

Den man / de vrouwe / het kind.

Masculini generis sunt nomina substantiva  
maribus propriis: *Den' meesier*, *Den'*  
*tam*, *magnifler*, *aries*.

**Feminini quæ propria feminis: dicitur /  
nebris aut cognatis de secundotinnae / latinae: /**

Item feminina solent esse quae definitur in  
e; de aerde/ terra; de sterte/ Aethere.

**Neutra sunt omnia generatio distributiva:  
her dochterken / filiolus /' sonnen / filiolus.**

**Reliqua ex osu nō scēda sunt.**  
**Duos nomina numeros habent, singularem.**

*& pluralem.*

Singularis vel definit in vocalem (e. plerumque) vel in consonantem.

Si desinat in e / fact ex eo pluralis additio-  
ne litteræ n : penne / calamus ; pennæ /  
calami.

1

16

Si

Si vero desinat in aliā vōcalem (:quæ vix  
unquam alia erit quam p:) vel in con-  
sonantēm ; addenda erit syllaba ēn :  
*hoech / tibet / horekten / libri / Noep / vacea;*  
*Noepen / vacce.* Verum consonans ter-  
minans singulārem , quandoque dupli-  
canda erit ; *Bos / pile / Ballen / pilæ.* Sed  
hoc nunquam sit ubi ultima singularis  
syllaba ob diphthongum aut duplicem  
consonantem est longa : *fotē / sedes / plur /*  
*stoelen / non stoelen : dagh / dies / plur /*  
*daghen.*

Præterea si consonans finalis sit f ; emol-  
lienda est in consonantēm v : *brief /*  
*epistola ; hystoelen / epistola.*

Desinentia in vt faciunt pluralem in den :  
sed oportet illa scribere per solum v.  
*handt / hands ; plur : handen : scribe in*  
*singlari hand. Stadt / blaest / herdt /*  
*kindt / item kalf / in plurali habent ,*  
*raderen / bladeren / herderen / Rin-*  
*deren / kalveren : vel usitatus raders /*  
*bladers / herders / kinders / kalvers .*  
Similiter eg / evum ; plur. epten , vel  
eptes.

Generaliter quæ desinuant in l / m / n / r ;

usitatus pluralis in s. formant, praesertim si sint polysyllaba: nom./ paupius vel omnibus; plur.: nomis; manu / vir; plur: mangi: mantel / clamis; plur: mantela; bensiter / fenestra; plur: bisters.

Casus nominis Teutonica non admittunt; nisi casum vocare libeat, dum littera g. ijs apponitur, ubi scilicet aliquid alterius esse dicitur: pester / paupis; peeters vocet / petri liber; de maestri cuper; magistri cubiculum.

Adiectiva quoque genus & numerum admittunt,

Adiectivum sicut ponitur in lexico, est neutri generis, & semper in consonantem definit: adde vocalēm e. cā. Icge quā formatur pluralis nominum in consonantem definitam, & habebis genus femininum: adde insuper litteram a. & masculinum feceris. *Archon / pulchrum;* schoone / pulchra; schaonen / pulcher; sat / ebrium, satte / ebria; sattet / ebria. *Lief / carum;* liebe / cara; lieber / carus.

In numero plurali generaliter habent adiectiva omnis generis, sicut in feminino singu-

9

singularis : schoone / foem sing. pulchra,  
& plur. om. gett. pulchri, pulchra, pulchra.  
Adiectiva etiam comparantur. Addit adje-  
ctivo neutri generis syllabam est. eā le-  
ge quā genus femininū & masculi-  
num ininde formantur, & habebis graduum  
comparativam : hooch / alio; hoocher /  
aliorum vel / pinguis; videret / pinguisior & grof /  
grossus; grober / grossior.

Loco syllabæ ex. / cum adiectivum illi hæc  
nō definit, addit euphonice gratia syllabæ  
der : schoen / pulchrum; schoonder /  
pulchrius: vropli, turpe; vroilder / turpiss.

Pro superlativo addit neutrī generis litteras  
st. schoon; schoonst / pulcherrimam: vel  
etiam older-schooniss / omnium pulcherti-  
mum.

Anomaliæ comparantur quædam: caram  
scilicet quæ latine passim & græcè ac  
gallice: goet / bonas; heter / best; a veteri  
vocabulo het.

**Graedt / malus;** ergoeter / erghist, à positi-  
vo minus usitato ergh.

**Groot / magnus;** meerder / meest; ab ad-  
verbio meer.

**Kleyn / parvus;** minder / miniss; ab abver-  
bio

bio mīn. / mīnū / mīnūtū / mīnūtūlū  
 Deel / mīnū ; Meer / mīnūtū  
 Dēppnītū seu lūtēl / pēnū, mīnū / mīnūtū.  
 - Sed hēc dūq' ultima pētū ad vobis ac-  
 cēfēndā fōrēt. *in dūq' dūq' sup dūq'*  
*Hēc omnia si secundum regulas comparā-*  
*vēris, ut si ex groot / facias grootet /*  
*Vōgrootet; intelligēris planē, sed cōsūtātē*  
*lōquēris.*

Gradus superlativus hic sc̄mper relativus  
 est quādātur; nunquam absolute, ut in lati-  
 nis: v. g. dum dicunt, *doctissimūtēt*, id  
 est, uolēt doctus, similiter comparativus  
 nunquam pro superlativo pōnitur: dūq'*flor omnium pro doctissimūtēt*.  
 Denique restat nominum à nominibus de-  
 rivatio.

A substantivo masculini generis derivantur  
 substantivum feminini generis cum unā  
 in plurimumque ex his duabus terminacio-  
 nibus, inne / vel eterſſe: weerd / hōſper;  
 waerdtinne / hōſpīs: mēester / magister;  
 mēesterſſe / magistra.

A substantivis hūt; etiam alia substantiva  
 quæ diminutiva vocari solent; idque cum  
 valet utra harum terminacionum, kēn/  
 oīl / A vel

33

vel tjen. dochterken / *filiola* : soontjen /  
*filialis* : hoeckskken / *libellus* : hondeken /  
*canulus*; à dochter / *soon* / hoeck / *hondt*.  
tjen. passim additur desinētibus in, n/  
euphoniac gratiā.

**A** substantivis etiam adjectiva derivantur;  
solentque illa terminari in igh / ihc  
aut achtigh; sic à met / *lex*, sit wettigh  
& huettelijck / *legimus*. Terminata in  
achtigh / solent habere significationem  
debiliorem; imo illa terminatio aliorum  
adjectivorum significationem emollit;  
wot / *albus*; wortachtigh / quasi subal-  
bus; gall. *blanchâtre*.

**E**x adjectivis fiunt vicissim substantiva,  
nimirum abstracta: primò terminata in  
hept: goet / *bonus*; goethept / *bonitas*;  
deinde terminata in de vel te: groot /  
*magnus*; grootte / *magnitudo*; langh / *len-*  
*gus*; langhde / *longitudo*.

Quædam etiam abstracta fiunt à substanti-  
vis concretis: præsertim officiorum no-  
mina: designantque illa sæpe in schap:  
nonnunquam in dom / maximè in Eccle-  
siasticis. Burghemeesterschap / consu-  
latus: bis dom / *Episcopatus*.

C. A.

**C A R D E Q U A R T U M.**

Ut in auditoque nominibus multo rite  
**De pronominis.**

**P**RONOMINIBUS substantivis dabimus  
 duos casus; rectum & obliquum.  
**Rect.** *Ik / obliq. m<sup>p</sup> : sicut gallicè je ;*  
*moy.*

**R.** *Ghp ; obli. u : gall. fw ; t<sup>w</sup> vel se.*

**R.** *D<sup>p</sup> ; obli. hem : gall. il ; l<sup>y</sup>.*

**R.** *S<sup>p</sup> ; obli. haer : gall. ette ; l<sup>y</sup>.*

**R.** .... obli. figh : gall. soj, vel se.

**R.** *M<sup>p</sup> ; obli. ons : lat. nos ; nostri vel nobis.*

**R.** *Ghp-fieden ; obli. p<sup>f</sup>ieden : lat. vo ; ve-  
 lin vel vobis.*

**R.** *S<sup>p</sup> ; obliq. him : gall. is vel elles ; eux  
 vel elles, item leur.*

Ab his derivantur sequentia adiectiva.

*magin / mijne / mijnen ; meam, mea, meus.*

*into / inwe / intien ; tuum, tha, tuus.*

*s<sup>t</sup>ijn / e / en ; suum, a, us. vel eius : gr. autoū*

*haer / e / en ; suum, a, us. vel eius ; gr. autn's*

*ons / e / en ; nostrum ; a, er.*

*u<sup>f</sup>ieden / om. gen. : vestrum ; a, rr.*

*hun / ne / net ; suum, a, us. ipsorum vel ips.*

*mm : gr. autōn*

**C A -**

# CAPUT QUINTUM.

## De Articulo.

**A**rticulo graecis i, τό (cui nihil cor-  
respondet latine) scutonice satis  
aperte correspondet arculus,  
den / de / het ; gen : des : plur. ne om.  
generis : genit. der. cæterum loco het/  
passim ponitur littera ē apostrophata.  
ē kindē pro , het kindē.

Articulo latino quā, qua, quā, respondet  
scutonice den. næcken / ee melcke / het  
welck. plur. om. gener. ne welche.

Sed hujus articuli laco , brevitatis gra-  
ciā , sapientia utimur alio : scilicet malc.  
& fem. des / nept. dat.

dien / tie / dat / idem valet quod sic , iste ,  
istud , plus des / idem quod sic , hec , hoc ,  
deser / dese / dit , idem quod sic , hec , hoc ,  
plur. dese , oratio estioiq : waere  
waer / waer / waer / waer / waer / waer

CA-

MU  
CAPUT SEXTUM.

*De Præpositione.*

**D**E præpositionib[us] hic solum trahendū quatenus cum verbō, & inde cum verbalib[us], veritunt in compositionem: nam extra compositionem nihil reguit, & earum significatio facile ex lexicō haberi potest.

Quædam sic præfiguntur verbo in compositione ut extra eam & seorsum à verbo nihil significent: ut sic / ver / ont / tr / mis / &c.

Aliæ extra compositionem habent suam significacionem: ut in / npt / obier / onder / op / af / heder / teghen / tuschelt / &c.

Inter quæ duo propositionum genera quid interfit, infra videbitur de verbo, itenti ad accentum: priores autem vocabimus non persistentes, posteriores persistentes.

-AD-

CA-

# CAPUT SEPTIMUM.

*De verbis.*

**E**x infinitivo, indicativo imperfecto; & radice præteriti: in lingua Teutonica omnes verbi inflexiones scaturient (radice hic voco post hebreos illam inflexionem quam verbum habet in præterito) sic in verbo, bennunt / omnia suæ ab infinitivo; bennunt / imperfecto, benninde / & radice, bennint / eo modo qui inde videtur. Porro infinitivus verbi in lexico quærendus est; imperfectum vero & radix investiganda secundum regulas suo loco traeendas.

*modus indicatus.*

**E**x infinitivo ut in lexico reperitur, sic indicativi tempus praesens, deendo; illi finali litteram n: sic ex bennunt / emere, sic

*Tempus praesens.*

**T**ch benninie / amo, gho bennint / bennint /



*fop lasen/ ghp laest/ sp lasen.*

Nota h̄ic tria paria personarum sibi simili-  
um; quod idem in omni imperfecto irre-  
gulari locum habet; nisi certe prima  
persona singularis in e definiat, ut sit in  
*soght/ quarebam:* tunc enim illa sicut &  
tertia, similis erit secundæ: *ick soght/*  
*ghp soght/ hp soght.*

Porrò secunda pars: *laest rutsus pro laset/*  
*quasi las't.*

Pro imperfecto & præsenti notandum,  
quod verba composita ex præfixâ voce  
per se stante, in his duobus temporibus  
talem vocem ab initio rejiciant, sic ut  
illa tunc transeat in naturam adverbij:  
*ick jaegheupt/ ick jaeghupt/ ab ini-*  
*fio: iupt-jaegheni.*

### *Præsumum perfectum.*

Fit ex radice & verbo auxiliari, hebbere:  
*ick hebbere/ gall. i'ay; ghp heft/ hp*  
*heeft; wop hebbien/ ghp-heden heft/*  
*sp hebbien.*

Itaque cum radice, hemint;  
*ick hebbere hemint/ gall. i'ay aynt; ghp*  
*heft hemint/ &c.*

B

*Pie.*

*Præteritum plusquam perfectum.*

Fit ex eadem radice & imperfecto ejusdem verbi auxiliariis habibe : *ich hadde / gall. i' awy ; ghp hadt / hƿ hadde ; wƿ hadden / ghp-lieden hadt / sp hadden.*

Addita igitur radice ; *ich hadde hemint / i' awy ayne ; ghp hadt hemint / &c.*

*Futurum.*

Fit ex infinitivo & auxiliari , sal / quod ferme correspondet græco μέλλω .  
*ich sal / ghp sult / hƿ sal ; wƿ sullen / ghp-lieden sult / sp sullen.*

Itaque cum infinitivo , heminnen ;  
*ich sal heminnen / amabo , gr. μέλλω  
parvū ; ghp sult heminaen / &c.*

*Præteritum præterito mixtum.*

Fit ex auxiliari , sal / & præterito infinitivi : itaque eum præteritum infinitivi hic sit , hemint hebilen ;  
*ich sal hemint hebilen / amavero ; gall.  
i' awy ayne ; ghp sult hemint hebilen / &c.*

*Modus*

*Modus conditionalis,*

Est is quo aliquid dicimus nos facturos aut passuros cum expressa vel subaudita conditione, si aut *nisi*: servitque illi auxiliare soude:

ick soude / ghp soudt / h̄p soude ; w̄p souden / ghp-lieden soudt / sp soudē.

*Tempus praesens.*

Fit ex isto auxiliari & infinitivo verbi:

ick soude heminnen / amarem , gall. j'ay-  
merois ; ghp sout heminnen / &c.

*Præteritum.*

Fit ex eodem auxiliari & præterito infini-  
tivi:

ick soude hemint hebbēn / amarīsem ,  
gall. j'aurois aymé ; ghp sout / &c.

*Modus imperativus.*

Quo imperamus , permittimus , rogamus .  
dat ick heminne ; hemint ; dat h̄p be-  
minne ; laet ong (vel dat w̄p) hemin-  
nen / hemint / dico sp heminnen ; id  
est , amem , ama , amer , amemus , amare ,  
ament.

B 2

Ultra

**Ultra conjunctionem dat / non differt hic modus ab indicativi præsenti, nisi in ter- tia persona singularis, quæ hic per est primæ.**

*Modus infinitibus.*

*Præsens & imperfect.*

**Beminnen / amare. desinit semper in en ut græcè in ew.**

*Præteritum.*

**Bemint hebbet. fit ex radice & infinitivo auxiliaris hebbē.**

*Futurum.*

**Te sullen heminnen : fit ex infinitivo præs: & infinitivo auxiliaris sal.**

*Futurum præterita mixtum.*

**Te sullen hemint hebbēn : ex præterito infinit: & infinitivo auxiliaris jam dicti.**

**Forte ipse conditionalis infinitari posset : te souden heminnen / te souden hemint hebbēn / sed nescio cai usui , nisi tacissimo.**

**CA-**

# CAPUT OCTAVUM.

## *De Verbo passivo.*

**T**O tum sit ex quibusdam auxiliaribus & radice præteriti activi: atque adeo ipsa retiam radix præteriti passivi indidem venit; scilicet ex radice activi & radice verbi substantialis, *ben*/ *nimirum*, gheteeest. Unde radix passivi in verbo, *beminne*/ est *bemint* *ghebeest*/ *amatus*, gall. *esté symé*.

### *Indicatio tempus præsens.*

Fit ex radice activi & auxiliari wörde: *ich wörde*/ *ghp wördt*/ *hp wördt*/ *hp worden*/ *ghp-lieden wördt*/ *sp wörden*.

Igitur cum radice:

*ich wörde beminnt* / *amor*, *ghp wördt* *beminnt* / &c.

### *Imperfectum.*

Fixox eadem radice & imperfecto auxiliari, *wörde* / scilicet *wierdt*:

*ich wierdt* / *ghp wierde* / *hp wierdt*; *hp wierden*/ *ghp-l: wierdt* / *sp wierden*.

B 3

Hinc:

Hinc:

ich wierde hemint / amaber; ghp wierdt  
hemint / &c.

*Præteritum perfectum.*

Fit ex auxiliari hebbē & radice passivi:  
ich hebbē hemint ghetweest / amatus sum,  
gall. j'ay esté asymé. ghp hebt hemiut  
ghetweest / &c.

*Plusquam perfectum.*

Fit ex imperfetto auxil. hebbē / scilicet,  
hadde / & eadem radice passivi:  
ich hadde hemint ghetweest: amatus  
fueram, gall. j'avois esté asymé; ghp hadt  
hemint ghetweest / &c.

*Futurum.*

Fit ex auxiliari , sal / & infinitivo passivi:  
ich sal hemint worden/ ghp sult &c,

*Futurum præterito missum.*

Fit ex eodem auxiliari & præterito infi-  
nitivo:  
ich sal hemint hebben ghetweest/ ghp  
sult, &c.

Con-

*Condition. presens.*

Fit ex auxiliari, soude, & infinitivo :  
 ick soude hemint worden / ghp soudt  
 hemint worden &c.

*Condition. pretetitum.*

Ex eodem auxiliari & pretetito infinitivi :  
 ick soude hemint ghetoest hebben/  
 ghp soudt &c.

*Imperas.*

Dat ick hemint moede / wort, wordt  
 hemint / amare, &c.

*Infinit. presens.*

Bemint worden / amari.

*Pretorium.*

Bemint ghetoest hebben / gall. novi,  
 esté aymé.

*Futurum.*

Te sullen hemint worden / appam iv.

Reliqua ex activo.

## CAPUT NONUM.

*De verbo substantivo, Sum.*

*Indicat. tempus praesens.*

1. *Ich ben / ghp zt / hpi. sal o. x  
Op zjn ghp-lieben zt / sp zjn.*

*Imperfectum.*

*Ich was / ghp waert / hp was.*

2. *Op wocen/ghp-l:waect / sp woaren.*

*Perfectum.*

*Ich hebbe gheweest / ghp hebt ghe-  
weest / &c..*

*Plusquam perfectum.*

*Ich habde gheweest / &c..*

*Futurum.*

*Ich sal zjn / vel ick sal wesen / ghp  
Vlt zjn vep wesen &c.*

*Et ita reliqua quæ ex radice vel infinitivo  
formantur.*

*Imperat.*

*C-A-*

*B +*

Dat ikc zij / zijt vel weest / dat hy zij /  
Dat wop zyn vel laet ons zyn &c.

*Infinit. praesens.*

Zijn vol wesen.

*Praesentum,*

Gheweest hebbet.

*Futurum,*

Te sullen zyn vel wesen.

Et sic de cæteris.

---

## CAPUT DECIMUM

*De formando imperfecto & radice*

*mutilata in cuius præteritum est.*

*Imperfectum ut illud dicitur quod*

**I**mperfectum , ut antea diximus , est  
duplex ; regulare & irregulare. Idem  
autem dicendum est de radice.

Imperfectum regulare fit ex praesenti per  
substitutionem syllabæ de loco e. finalis;  
sic tamen ut si illud durius foret (ex r.

B 5

post

post ch/ ck/ p/t) tunc syllaba te. potius substituatur. ick heminne / amo, ick he- minde ( olim ick heminnedi ) amabam: ick vissche / pisor, ick vischte : ick maecke / ick maechte : ick doope/ ick doopte : ick ruskey ick ruste / loco rustede : ut olim.

Radix regulariter sit ex praesenti per substitutionem litteræ t, loco e, finalis, & per præfixionem augmenti ghe ad initium. ick wantele / umbulo; ghetwan- delt gall. proméne. *Lugd. 1590. fol. 10v.*

Excipe verba composita ex præpositione per se non stante; illa enim augmentum rejiciunt: ick heminne/ ick hebbe he- mipt. *Lugd. 1590. fol. 10v.*

Verba ex alijs præpositionibus aut vocibus per se stantibus conficiantur non rejiciunt, sed imponunt inter ipsam illam vocem & verbum: iwt-jaghen / iwt- ghe-jaeght. *Lugd. 1590. fol. 10v.*

Hujusmodi imperfectum regulare & radicem regularē fortiuntur verba a nominoibus derivata, item omnia simplicia plusquam dissyllaba cum suis compo- sitis. ick heminne / à nomine hinnē/ amor:

32

*amor: ictk bzeese / à nomine bzeeg / amor.  
voandele / meditere &c.*

Item regulare imperfectum & radicem  
sortiri censenda sunt quæ non excipiun-  
tur in indiculo excipiendorum, qualis  
texi posset. Atque en tibi quoddam il-  
lius specimen, in quo non omnis adhuc  
regularitas desideratur.

---

## CAPUT SECUNDUM.

*Indiculus verborum irregularium.  
Monosyllaba.*

**G**len / tre, impf. gongh; rad. ghe-  
gaen.

**S**taen / stare, imp. stondt; rad. ghestaen.

**S**laen / percutere pro flaghen; sloegh,  
gheslaghen vel ghesleghen.

**S**ien / videre ; sagh ; ghesien.

**D**aen / facere ; dede ; ghedaen.

**Z**ijn vide wesen.

*Disyllaba in quibus a est figurativa.*

**B**raden / assare ; blaedde ; ghebraden.

**L**aden / onerare ; laetde ; gheladen.

**R**aden / consulere, conjicere, raedde / gheraden.

**B**lasen / flare ; blaegde ; gheblasen.

**Gzaben/**

- G**raben / fodere ; graefde ; ghegraben.  
**M**aren / navigare , valere ; haerde vel poer ;  
 ghebaren.  
**S**lapen / dormire ; slaepte vel sliep ; ghe-  
 slapen.  
**D**allen / cadere ; viel ; ghevallen.  
**L**aten / lñere ; liet ; ghelaten.  
**D**raeghen / ferre ; droegh ; ghedraghen  
 vel ghedreghen.  
**L**acchen / ridere ; loegh ; ghelachhen.  
**H**onghely , pendere , hough , ghethanghen .  
 Similiter hanghen / capere ; &c.

Etiam p̄p̄ykt cum figurat. e.

- N**emen / capere ; nam ; ghenomen.  
**C**lemmen / ascendere ; clam ; gheclommen.  
**S**wemmen / natare ; swam ; gheswommen.  
**A**stelen / furari ; stal ; ghestolen.  
**B**ebelen / jubere ; bebal ; bedolen .  
**G**heden / constare ; ghalot ; ghegholden.  
**S**melen / liquefcere vel liquefacere ; smalt ;  
 ghesmolten .  
**D**reudchen / libe ; dianck ; ghedroucken .  
**S**chenekken / gall. verser ; schanck ; ghe-  
 schontcken .  
**S**anckien / sensim labi deorsum ; sanck ; ghe-  
 'nticken .  
**S**enghen /

**Benghen / canere ; sangh ; gheconghen.**  
**Stencken / satere ; stanck ; ghestoncken.**  
**Blencken / splendere ; blanck ; ghebloncken.**  
**Ita etiam clencken / clangere ;**  
**sprenghen / saltare &c.**

**Sterben / mori ; starf ; ghestorben.**  
**Bersten / crepare ; barst ; gheborsten.**  
**Werpen / projicere ; warp ; gheworpen.**  
**Benghen / adferre ; brught ; ghebrught.**  
**Dencken / cogitare ; daght ; ghedoght. &c.**

Pleraque horum in imperfeto pro  
 etiam o. admittunt : brogght / doght &c.  
 quædam etiam te : wierp / stiers &c.  
 sic etiam

**Helpen / iuvare ; holp vel hielp ; gheholpen.**  
**Cten / comedere ; at ; gheeten.**  
**Gheven / dare ; ghaf ; ghegheven.**  
**Lesen / legere ; lasl ; ghelesen.**  
**Steken / trudere ; stack ; ghesteken.**  
**Weten / scire ; wist ; gheweten.**  
**Wesen / esse ; was ; ghetweest.**  
**Hebbien / habere ; hadde ; ghehadt.**  
**Begghen / dicere ; sepde ; gheseght pro  
 seghde / gheseght.**  
**Legghen / ponere ; lepde ; gheleps pro  
 leghde / gheleghd.**

e & i

e. & i. sicut valde affines sunt litteræ, ita etiam verba quæ cas habent pro figuratibus. patet in praecedentibus collatis cum ijs quæ sequuntur.

*Disyll. cum figur. i.*

**Binden / ligere ; bandt ; ghebonden.**

**Winden / invenire ; bandt ; ghebonden.**

**Winden / involvere ; wondt ; ghewonden.**

**Winnen / lucrari ; wan ; ghewonnen.**

**Be-ginnen / incipere ; began ; beghonnen.**

**Krimpen / contrahi ; cramp ; ghecompen.**

Nisi mavis scribere krimpen / sicut ante scripsimus drencken / schencken &c. quæ hic scribi possent, drincken / schincken. Horum regulam sequitur verbum seinden / mettere, quod scribi posset senden vel sinden.

**Seynden / sandt ; ghesonden.**

Cæterum omnia hæc etiam o. habent in imperfetto; sondt / won / vondt &c. beginnen etiam beghost / tam in imperf. quam pro rad.

**Ligghen / iacere ; lagh ; gheleghen.**

**Sitten / sedere ; sat ; gheseten.**

*Disyll.*

Difſyll. cum ſig. o ex diſbehongis ex o.  
**Comen** / venire ; quam ; ghecomen.  
**Worden** / fieri ; worter ; gheworden.  
**Goepen** / clamare ; riep ; ghergoepen.  
**Soecken** / querere ; ſoght ; ghesoght.  
**Coopen** / emere ; coght ; ghecocht.  
**Loopen** / currere ; ſtep ; gheloopen.  
**Stooten** / trudere ; ſtiet ; ghestooten.  
**Houden** / tenere ; hield ; ghehouden.  
**Vouiden** / plicare ; voudde ; ghevouden.

Difſyll. cum figur. diſbehongis.

## p.

**Rijden** / pari ; leed ; gheleden.  
 Similiter rijden / vehi : ſnijden / ſindere :  
 strijden / certare &c. & generaliter omnia  
 irregularia habentia hanc characteristicam.  
**Krijghen** / adipisci ; kreegh ; ghekreghen.  
**Blitcken** / liquere ; bleech ; ghebleken.  
**Schijnen** / lucere ; scheen ; gheschenen.  
**Nijpen** / pungere ; neep ; ghenepen.  
**Ginsen** / effurgere ; rees ; gheresen.  
**Bijten** / mordere ; beet ; ghebeten.  
**Blijven** / manere ; bleef ; ghebleven.

Ex quibus collige de his : nijghen / in-  
 clinari : ſwijghen / tacere : strijcken / mul-  
 cere :

cere : tristcken edere : verdwijnen / disperere :  
pynnen / tibiae inflare : wijten / imputare :  
dogen / minare : schryven / scribere : vry-  
ven / fricare &c.

ie & up.

**Riecken** / olfacere & olere ; roock ; gheroken.  
**Bieden** / offerre ; hood ; gheboden.

Similiter **sieden** / lixare vel bullire : wie-  
deur / fugere :

**Kiesen** / eligere : koos ; ghecozen :

Ita etiam **wriesen** / gelare : sed verliesen /  
perdere, habet verlooss vel verloox ; verlo-  
ren.

**Dupcken** / occultare veillatere, doock ; ghes-  
doken.

**Supghen** / inflectere vel inflecli ; voogh /  
gheboghen.

Similiter supghen / sugere &c.

**Cruppen** : serpere ; croop ; ghetropeni.

Ita etiam suppen / ligurire &c.

**Slunten** / claudere ; sloot / ghesloten.

**Stupben** / puteris instar volare ; stoof :  
ghestoven &c.

C A-

---

## CAPUT DUODECIMUM.

### *De Verbalibus.*

**S**icut latinè verba formantur in oris, trax & iō: ita teutonicè in er vel aer / eresse / & inghe vel nisse: Mandelær / ambulator; Wasschersse / lotrix; helijder / confessor; helijdinghe vel helijdinghe / confessio. Cæterum er / fit ex monosyllabis & dissyllabis eorumque compositis: aer ex plurium syllabarum verbis.

---

## CAPUT DECIMUM-TERTIUM.

### *De Participio.*

**F**requens apud Teutones est participij usus, non secus ac apud Græcos. Formatur autem ex infinitivo verbi correspondentis: singula nimirum participij tempora ex correspondente tempore infinitivi, id est, præsens ex præsente, præteritum ex præterito, futurum ex futuro; idque facillimo negotio, addendo ad infinitivum

C

sylla-

34

syllabam̄ de; sic tamen ut si adsit auxiliare,  
illius infinitivo istud, de / adjiciatur.

Part. præsens. **beminnende** / *amans*.

Præt. **bemindt** **hebbende**, gall. *ayans*  
*symé*.

Fut. **beminneri** **sullende** / *amaturus*.

Passivum: part. præs. **bemindt** **woždende**.  
gr. φιλόυμενος.

Præt. **hebbende** **bemindt** **gheweest** /  
*amatus*.

Fut. **sullende** **bemindt** **wožden** /  
*amandus*.

Brevitatis causa omittuntur reliqua tem-  
pora (quæ ex correspondentibus infi-  
nitivi formari possent) quia parum uti-  
lia.



C A

## CAPUT DECIMUM-QUARTUM.

### *De Adverbio.*

**A**DVERBIA SÆPÈ DÉRIVANTUR AB ADJECTIVIS CUM TERMINATIONE IN *IJCK*: *claer* / *clarus*; ADV. *claerlijck* / *clare*. Sed si-  
cùt adverbialiter etiam dicitur *claer* / *clare*, adeò ut adverbium conveniat cum neutro  
genere adjectivi; ita notandum, hoc passim  
fieri, quod adjectiva forment adverbia sibi  
in neutro genere similia: imò adjectivum  
in neutro genere expressum ferme semper  
simul est adverbium.

ADVERBIA QUÆDAM LOCI DERIVANTUR A PRÆPOSITIONIBUS; SI HIS LITTERA *H.* PRÆFIGA-  
TUR & TERMINATIO EIS DETUR IN *N*: SIC  
EX HIS PRÆPOSITIONIBUS, *in* / *upt* / *ober*/  
*achter* / fiunt sequentia adverbia, *binnen* /  
*bupten* / *boden* / *bachten*: QUAN-  
QUAM *achter* / *sit* ETIAM ADVERBİUM, UTI  
& *onder*: *beneden* / *cadem* RATIONE SIT EX  
*neder*.

C 2

Ad

Adverbia ex adjективis facta recipiunt gradus comparationis, idque prorsus ad instar adjективi in neutro genere. *clær / clærē, clærder / clariūs; clærst / clarissimē.*

## CAPUT DECIMUM-QUINTUM.

### *De Conjunctionibus & interjectionibus.*

**C**um conjunctiones & interjectiones nihil in lingua teutonicâ regant; nihil investigandum est in ijs nisi significatio, quam lexica satis exhibent.



CA

## CAPUT DECIMUM-SEXTUM.

### *De Accentu.*

**A**CCENTUM admittit lingua hæc non in ultima tantum, penultima & antepenultima dictionis syllaba; sed & in quarta ac quinta, forte etiam sexta, à fine. Exempla: verstäen / heminnen / wändelen / óver-draghen / óvert-ghedra-ghen.

Verumtamen sicut in his duabus ultimis dictionibus penultima quendam accentum euphonicum habet; ita sit semper dum accentus tonicus & principalis à fine recedit ultta antepenultimam.

Cum græcis in hoc conveniunt Teutones quod accentum à quantitate, etiam in penultimâ, distinguant secus ac latini moderni: patet in Schóen-mæcker / ubi penultima est longissima, tamen sine accentu.

C. 3

Sed

Sed unde scimus ecquæ syllaba accentum habeat? oppidò facile.

Omnis vox teutonica simplex & primitia ( id est , nec composita nec aliunde derivata ) accentum habet in prima syllaba : *dīagħien / mandelen* &c.

Vox derivata servat accentum in eadem syllaba , in quā cūm habebat simplex , għenwandelt .

Vox composita ex pluribus servat accentum illius vocis quæ in compositione præponitur : *Schoen-maecker / iipt-jagħen*.

Nisi dum prima vox est una ex istis præpositionibus quæ per se non stant : tunc enim accentus cadit in vocem quæ in compositione talem præpositionem sequitur : *betstāen / onthinden* ; ejusdem naturæ est præpos. *onder* : *onder-windel* .

# CAPUT DECIMUM SEPTIMUM.

## *De Constructione.*

**H**Æc sola in Teutonum Syntaxi notanda sunt.

1. Adjectivum genere & numero cum substantivo concordat, ubi illud se habet uti hujus determinatio ( dialecticis loquor ) id est , ubi inter illa nil intercedit : putà , nec verbum ijs / nec relativum de welche / die &c. Alias invariatum manet in neutro genere numeri singularis : den godt - vreesenden man / ende de godt - vreesende vrouw / zijn alleen prijselijck ; vir timoratus & mulier timorata soli laudandi sunt.
2. Relativum de welche / die &c. semper genere & numero cum substantivo concordat. Hect gheldt het welk siom is / maeckt een saeck

B 4

3. Loco

3. Loco casuum Teutones præpositiō-nibus utuntur. Præpositio , van / gē-nitivo & ablativo servit , ut gallicum , de ; aen. verò dativo , at gallicum , à : t'woordt van Godt is aen de weerlt vercondight van de Apos-tels ; verbum Dei mundo annuntiatum est ab Apostolis. Patet autem ex dictis supe-rius ; rectè pro , t'woordt van Godt / dici t'woordt Godts / vel Godts woordt. Cæterum præpositio atn ibi-dem & ubique tutò omittitur.
4. Dum genitivus qui à substantivo re-gitur , quodammodo naturam habet adjectivi ; Teutones nominativō utun-tur , & illum præfigunt substantivo quod regit , atque ex utroque unam conflant dictionem : Beudt-snidt / quasi Aurarius-faber ; wijn-glas / vina-rium vitrum ; School-meester / Ludi-magister.
5. Nominativus verbi nunquam ipsi verbo includitur , nisi in secunda per-sona

41

sona imperativi : quapropter exeritum  
semper exprimendus est , saltem ( ut sic  
in impersonalibus ) per articulum *het* /  
vel voculam *men* / correspondens  
gallicæ *on* : *het reghent* / *pluit* ; *men*  
*seght* / *gall.* *on dis* ; *ich mandele* / *am-  
bulo*.

6. Voculæ gallicæ *en*, correspondet teutoni-  
ca *er* ; voculæ *en*, eadem cum ad-  
dita , *van* aut *af* : denique conjuncti-  
unculæ *ne* quæ negationi inservit , *en*  
respondet. Exemplum omnium est ;  
*ich hpas'er* / *ende en cost'er niet van*  
*ghraken* ; *i'y enjoy* & *ne seavoy m'en*  
*aller*.



A 1567 foliis invenimus

## CARTA DECIMUM-OCTAVUM.

De Ordine.  
De Ordine.

**C**onstructionis ordo apud Teutones  
mirè delicatus est , nec temerè in-  
vertendus . Primo loco ponatur nomina-  
tivus verbi , dein verbum , sequatur ea-  
fus quem verbum secundum constructi-  
onem latinam fegeret , denique adver-  
biū vel quod adverbij loco est .

Ick beminne Godt seer en iwt heel  
mijn hert / diligo Deum plurimum & ex  
toto corde meo .

Ubi obiter nota in heel mijn hert / quod  
substantivum adjectivo postponatur ;  
quemadmodum fit generaliter .

Si verbum illud secundum locum occu-  
pans sit auxiliare , ipsum verbum prin-  
cipale in finem rejiciatur : ick sal den  
Heer benedijden / benedicam Domino .

Similiter in finem rejiciatur omniē verbum infinitivi modi : ict̄ mil̄ den  
Heere dienen ; *volo Domino servire.*

Op heeft beloofst syne dienaers te hel-  
pen en op-te-staen / *pollicitus est servos*  
*suos juvare ; gall. il a promis de secourir ses*  
*serviteurs :*

Ubi nota particulam , *te / corresponden-*  
*tem gallicæ , ac , nonnunquam præfigi*  
*verbo infinitivo , & in eo dirimere*  
*compositionem.*

Quod quandonam fiat , is conjiciat qui  
hæc supplere , accurare , & illustrare vo-  
luerit.

*Sic vos non vobis — — —*

F I N I S.

• Many more buildings are planned  
and the city has a large amount of  
vacant land available.

and at 5:00 p.m. the 17th, the  
last of the day's work was done.  
The men were then given time

reconhecido, mas que é de 1000.  
Para que o resultado seja exato  
é necessário que sejam feitas  
muitas medições.

— 10 —

卷之三